17

1511. initio Februarij.

## Sigismundus I. Rex Poloniae Vladislao Regi Hungariae et Bohemiae:

Redditae sunt nobis literae Mttis Vrae Regiae, quibus petit à nobis, ut faveamus uni ex nepotibus Nris Marchioni Brandeburgae, qui ad Mgrium Ordinis Theutonicorum in Prussia designetur; licet petitio Vrae Mttis honesta sit, tamen recensentes nobiscum quàm injuriosè actum est nobiscum et cum Rnō Nrō Annis transactis à defunctô Mgrō, ejusque Ordine, non prius desiderio huic Mttis Vrae respondendum putavimus, quàm Orator nr, quem in proximo missuri sumus, ad eam perveniet, qui mentem nram Mtti Vrae explicabit. Confidimus, quod Mttas Vra dignitati in hac Nrae consulet et prospiciet uti Frater amantissimus, quem Deus Optimus felicem diu conservet.